

18 vero **C**alix benedictus in benedictione omni
omni trone **I**maginis ap̄i est **C**orpus et sanguis
Domi nostri participatio corporis Domini est.
qui unus p̄ens et unus corpus multi sumus
omnes qui ex unigenite et ex uno culto sumus
pari. **E**p̄ate q̄d̄ sc̄d̄m sime. **V**erum q̄
ad̄ hostias particeps si videntur. **H**oc dicit
dicit. **G**e p̄olice p̄monstrat p̄ter. **A**nd aut q̄
pedit sit aliud. **E**ccl̄ia vennit ad genitum
deutonim p̄monstrat. **T**unc ad p̄monstrare
nos facies fieri demonorum. **H**omopotes nunc
Domini biliae. **T**unc amorem. **P**er re
fissie mensa domini particeps. **I**ste. **T**unc
demonum. **S**in simulacrum domini. **V**erique
fictioes illius. **D**omini intelligent. **S**ic
omnia exprimitur. **D**omini videntur. **S**ic omnia
tant. **E**stimo q̄d̄ sūm q̄d̄ quem. **F**iglo aliter a
Domine q̄d̄ in misericordia venit ministrante. in
huius martyris ppter conscientie. **Z**as sunt iste
tema. **E**plenaria eius. **D**omine qui venit ut
misericordia ad nos et natus es. **O**ra qd̄ rebis

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Xd. 28,

DISPUTATIO XXI.

De

FACULTATIBUS
ANIMÆ IN GENERE;

& De

FACULTATE VEGETATIVÆ.

Quam,

D. O. M. A.
SVB PRÆSIDIO

TOBIÆ KNOBLOCHI,

Marcobrettani Fr.; Med. & Phil.D.

*In celeberrima Wittebergensium Academia
defendendam fuscipiet*

IOANNES IENTSCHIUS

Novoforensis Siles. Sanioris Philosoph.

& SS. Theologiae Stud.

Addiem 22. Octobr. horis & loco notis.

(S): (S)

VVITEBERG AE,

Typis Cratonianis per Iohan. Gorman.

Anno c15 15 CVII.

THESE ARE QUOTED FROM THE GENEVA BIBLE;

1. *Amphibolite* 1. *Amphibolite*



Преодимо.

Dicas esse partes è quibus homo constat easq; diversissimas, unam videlicet corpoream & terrenam interituiq; obnoxiam; Alteram verò spiritualem atq; cœlestem & propè divinam, ac proinde ab omni corruptionis & interitus injuriâ prorsus immunem præter sacras litteras prophana quoq; Philosophorum scripta docent. De quarum partium contemplatione haec tenus versati συζητήσει præcedente proximâ de alterâ, animâ nimur, in genere aliquid egimus. Nunc ad eius naturam penitus indagandam p[ro]ximi & sequentibus disputationibus facultates sive potentias eiusdem, per quas varias in corpore edit actiones, considerabimus. Ante verò quam eas tractandas aggrediamur, necessarium duximus quid facultatis nomine intellectum velimus, paucis indicare, quia Plato in Phœdro ait: In omni re essentiam primùm considerandam esse: & quam illa vim ad agendum patiendumq; habeat, deinde videndum, quod ipsum ab Aristotele cùm alibi tūm in libris de Anima sedulò fuit observatum, quemadmodum præter tractatus ipsius seriem sive ἀνολογίας verba quoq; lib. i. cap. i. t. 3. satis innunt, quibus se animæ φύσις καὶ τὰς ἔστιας & quæ circa illam accidunt, contemplaturum pollicetur. Nos ducis utriusq; vestigia sequemur.

C A P. I.

De definitione.

Facultas est vis & aptitudo animæ à qua actio sive certa operatio proficiuntur.

I. Cuius

1. Cuius naturam ut melius facilius, cognoscamus duo in primis ex proximâ, que de Essentia Animæ instituebatur et quod, huc erunt accommodanda atq; illis que subsequentur loco fundamenti substantiæ: quod nimirum anima vel corporis ipsum cuius principium est & quod tanquam forma constituit, vel operaciones velut effectrix respiciat: Deinde quod peculiarem in corporis aliquâ parte sedem non agnoscat: Sed in toto tota sit corpore, seu (ut idem Augustinianus ex lib. de Spir. & An. exprimamus elegantiâ) quod in majoribus corporis membris non sit maior nec minor in ministris: Sed in minimis tota, & tota in maximis.

2. Hù itâ constitutis, & quem ad Animam ipsam & quem ad se se invicem facultates respectu habeant, nunc dissciemus. Equidem quod primam attinet questionem apud varios illa varie agitatur. Thomæ in 1. part. Sum. 9. 77. Art. 1. Et 1. Sentent. distinct. 3. quæst. 4. Artic. 2. alibiq; passim est hæc opinio quod potentia sunt secundæ speciei qualitatib; ab Animâ Essentiâ promanantes, ideoque re ab illius substantiâ distinctæ, &c. Subscriptbit huic Egid. in quot. 3. quæst. 11. Sicut & Iohan Gandavensi lib. 2. de An. Ioh Picus Mirand. in posit. Facultates in homine accidentia, in angelis essentiam appellat. Et Fr. Toletus multis eandem disputat in Comm. lib. 2. de An. Zabarella Thomæ opinione mit idem arripit ad eâ tamen quadam correctione ut videre est in lib. de facult. An. c. 4. 5. & seqq. Aliorum excrementa jam non contrectabimus.

3. Scotus lib. 2. Sentent. distinct. 16. Et Gregor. Arimin. ibidem. quæst. 3. aliud tinentur docentes animæ potentias ipsammet esse Animam substantiam, que, quomodo per operationes, quarum edendarum vi potest, se exserat, variarum facultatum nomina sortiatur. Quam sententiam nos ambibus, quod aiunt, ulnis suscipientes, verissimum esse dicimus hoc enunciatum: Quod anima ipsa & eiusdem facultates sicut & considerentur idem sint: dum modò processum in infinitum & aeternum illud, quod potentia media sit,

fit, per quam anima operetur, causa. Sexcenta item alia quae ad privatam οὐρανοῦ reservata volumus, evitare cupiamus.

4. Primum hoc Cīrētū alterum excipit: Quomodo facultates, quas tractamus, inter se differant. Quod si ipsam originis vel Es- sentie qua cum anima nō rētus diuuntur idem ēfferationem atten- damus hanc quaquam à se in vicem differunt: Vel, Si quam dari velis τῷ λόγῳ differentias esse, liquet. Quatenus autem in ani- mato diversorum & organorum & operationum respectū, siquidem que libet facultas rationali exceptā, per certas corporis partes atq; organa agit convenientia, variant: Non equidem vere, subj. uno genere comprehensa substantiales in materia eadem forma (hac enim eorum, qui invno subiecto πολυμορφά tacentur, verba sunt): sed distincte quod ad operationes potētiae appellari queunt. Sic enim: quā facultate animal videt, eādem. non audit, nec eādem, quā audit, videt, &c. Vnde autem illa diversitas est à locis? Instrumentorum perque, & subiectorum in quā agunt facultates, varie- tas, hanc peperit varietatem.

5. Vicinum huic est, quod animæ facultates certis domiciliis vel sedibus ut Arabum quondam schola docuit & multi ad huc cum illis preserrim Medici afferunt, non sint distincte uel seclusæ: sed, pro eiusdem cum animā essentia ratione per totum corpus di- spersæ & in qualibet parte totæ: Non autem, ut Scholasticorum voce utamur, totaliter, hoc est, non ita in parte una, ut non simul in aliis; Vbi tamen essentia ipsa, quæ principium sibi est αὐτῆς cum operatione non confundenda; Quoad illam quidem toti ad- sunt insuntq; corpori: quoad hanc autem, ibi se operationibus pro- dunt, ubi commoda noctis sunt instrumenta sive organa; adeò qui- dem, ut si oculus esset in digito, videret digitus per oculum; ut Scalig. de subtilit. Exerc. 307. Sect. 37. docet, siquidem una, est in nobis anima suis undique stipata potestatibus, nempe sibi essentiælibus, quemadmodum idem ibidem loquitur. Cum quibus Za- barellæ verba in cap. 14. lib. de partib. Anim. convenient, quod

anima sit in pede, ita ut recipere pes facultatem visivam si haberet oculum. Item in fine capit is: Si in pede inesset phantasia Organum, ibidem etiam intellectio fieri videretur. Quia omnia non ita volumus accipi, quasi primatum omnem certius corporis partibus omnino denegemus: Damus enim hunc, & in alia atq; alia parte has & illas potentias sensui magis esse expositas, & leviter, & libenter concedimus. Ergo tota anima est vegetans, tota sentiens, tota intelligens. Etenim vegetatio vel sensus, unusquam est, ubi anima non sit, & contra. Vegetatio tamen secundum locum commotio non est, nec sensus intelligentia dici potest. Hec ratio similitudine luminis monstrari potest. Lumen una numero res est, facultates cum ipso natura Lux & Calor sunt; totum lumen lucet, totum lumen calent; re ipsa tamen in eodem lumine lux a calore est distincta, nec calor in lucis naturam permixtus. Nam lucem oculorum sensu percipio, non calorem: tactu calorem sentio non lucem. Nihil tamen vetat dicere lumen calidum est lucidum & lumen lucidum est calidum. Ita & de Anima in concreto possum dicere: Socratis anima sentiens est intelligens, vegetans est in loco movens: Cum tamen facultates de scissis in abstracto predicari non possint. Causa ea est, quia duosque ista singulae toti animae quidem insunt, sed non omni; que distinctio in hac causâ diligentissime observanda est.

C A P. II. De facultatibus specialibus.

Quanta sit Philosophorum in assignando harum facultatum numero discrepantia, Bodinus lib. 4. Theatr. Natur. pag. 469. ostendit; Ubi enim alios duodecim ut Possidonius, alios novem ut Apollophanes, alios octo ut Chrysippus, alios

septem

Vox prudentiae Dicit melius et impudenter

septem ut Soranus, alios duas ut Plato, alios tres ut Zeno,
alios quinq[ue] ut Panætices numerasse dicit. Nos secuti cum
alijs Aristotelem, tres tantum animæ facultates principes esse
dicimus. Ita enim Philosophus 2. de Anim. cap. 2. text. 24.
animam per hæc facultates describit: ή ψυχὴ δὲ τέτοιος ζῷου, καὶ
αἰδοφρόδα καὶ πλεοφρέδα πεπάτως: Interim tamen non reij-
cimus illam eiusdem Aristotelis distributione, in quam habet
cap. 3. eiusdem libr. titul. 27. ubi commemoratis facultatibus
adjectit τὸ ἐγκληματικὸν καὶ κυριλονατὸν τόπον: Sed quia haec posterio-
res duas potentias absq[ue] illis separatis non inveniuntur, sed cum
q[ue]sunt coniunctæ, sibi membra illam distinctionem ut satis suffici-
entem amplectimur. Eas igitur ordine nunc evolvemus & quidem
in præsentia vegetativam duntaxat proponemus, reliquas sequen-
ti disputatione.

CAP. III.

De facultate vegetativa.

Vegetans animæ facultas est vis talis, quæ vi-
vere nobis obtingit.

Ab hac non immerito initium facimus: quia haec teste
Philosopho 2. de Anim. text. 34. πεπάτη καὶ κυριλονατὴ δύων
էστι ψυχὴ καὶ λόγος ἀπόχεται τὸ ζῆν ἄπον. τὸ ζῆν autem sive ipsum
vivere tria haec, quæ facultatis huius officia sunt, requirit. Duo
qua ad conservationem individui eiusq[ue] secundum molem corpore-
am perfectionem faciunt, dicunturq[ue] nutritio & augmentatio;
Unum vero quod ad conservationem & propagationem speciei
pertinet, & dicitur generatio.

De

De Nutritione.

Nutritio est quâ nutrimentum in corporis viventis substantiam convertitur.

Tria in hoc officio ab Aristotele requiruntur 1. de An. c. 2. t. 48. 1. τὸ τρέφοντα ipsum efficiens nutritionis quod est anima prima que beneficio calorū naturalis alimentum in substantiam corporis aliendi convertit. 2. τὸ τρέφεσθαι sive subiectum, quod est corpus vivens seu habens ipsam animam. Nihil enim quod vitam non habet, nutriti potest 2. de An. c. 4. t. 44. 3. ὁ τρέφεντα, id est, materia ex qua, qua est τρέφει ipsum alimentum: id quod potentia animalium & partim contrarium partim simile ei, quod nutritur, esse debet. Contrarium quidem quatenus est indigestum; Simile verò quatenus illud digestum jam ipsius corpori assimilari cōptum est, quemadmodum hoc per pulchram explicat Philosophus 2. de An. c. 4. t. 43. 44. & 45. Et 1. de gener. & corrupt. c. 5. t. 38. & 39.

Ex hoc solvitur quæstio: Utrum contrarium contrario nutritur, an simile simili? Si nutrimentum pro alimento sumatur contrarium est nutriendo; Si propriè pro assimilato, simile est. Nutrimentum autem & augmentum τῷ λόγῳ tantum differunt, re ipsâ conveniunt. Nutrimento opus habent corpora animata quamdiu salva sunt & vindicata ab interitu. Augmentum autem ex ista nutricione non fit semper: quia Natura certam & definitam mensuram constituit, ad quam cum animalium corpus pervenit, crescere definit.

De auctione.

Auctio sequitur quâ corpus ad justam magnitudinem proportionaliter extenditur. Snellius dicit vicinum quid esse nutritioni in part. Phys. 19. p. 152. Natura per gradus quasi ascendiit:

dit: ideoq; generatio ab ipso statim cum vivente ponitur. Nutritio itaq; primas, Auctio secundas, generatio tercias sibi vendicat: illa in vivente perpetua est: haec temporaria.

2. Proportionale autem requirimus in auctione augmentum, partium magnitudini respondeat: nec enim digitus manui, nec manus capiti, nec caput corpori aequaliter erit. Ponimus quoq; à natura praefixam metam, quā ceu fine acquisita quiescit Accretio. At terminū quis dari sibi cupiat in omnibus unum certumq;. Frustrā; Variant corpora, variat color, humidumq; ēp̄ostor, alimentum discrepat, discrepant ipsa loca. Porrò nutritio videtur eadem cum Auctione: Auctio cum pinguefactione: Sed falso: Priorē enim due adiuncto, tempore, fine & formā dissident. Nutritio (ut dictum) quoad corpus durat: Auctioni suum est à natura definitum tempus; illa ut vivens conservetur, facit: haec ut ad magnitudinem justam promoteatur, spectat: Illa fit appositione, Unione & assimilatione: ista de deductione omnium.

3. Differt quoq; auctio à pinguefactione: Parecs omnes natūrā corporē in auctione crescent: In pinguefactione vero quedam præ alijs ampliantur: Loquamus apertius: Accessio qua ad corpus sit est totalis vel partialis: Prior auctio est, Posterior pinguefactio. Ceterū quomodo in Accretione anima corpori adæquetur per qualem id fiat motum, quo item respectu materiae vel formae an utriusq; &c. inter Scholasticos Doctores fuit quesitum, & apud Philosophos modernos hodieq; queritur: quemadmodum id copiose sati pertractat Zabarell. lib. de Accret. & Nut. à c. 19. ad fin. quibus quidem recensendis libenter supersedemus: Interim tamen negari haut potest, multa in hoc Scholasticorum otio occurere, de quibus haut immerito quis illud Aristonis Chij usurpet: Quod ob pauxillum carnis circa crustas plurimas occupentur.

De Generatione.

B

Quz

Quæ ratio sit individui ipsius, prout nutritur, augetur. q.
diximus. Cum vero postquam vel ad antiquum deductum est vel mox
deduci corpus potest, nihil tandem prater interitum & ad quem,
post atatus fastigium semper proprius accedit, videretur restare:
Provida natura generandi vim concessit, ut ne cum individuo
species simul interiret; sed unum numero non manens, specie per-
maneret unum nimirum illa est. *Progenitorum ratiōne in ratiōne* egypti
2. de An. c. 4. t. 34.

Est autem generatio vis vegetantis facultatis
quæ vivens sibi simile procreat ad speciei conserva-
tionem.

1. Hanc animæ vegetantis potentiam Aristot. dicit esse in-
ter reliquas nobilissimam: immo hanc finem illarum esse ut ad
quam istis potissimum opus est: quippe quod nos eternitatis divi-
ne quodam modo reddit particeps, dum nimirum speciem conser-
vat. Et hunc finem respiciens Aristoteles vegetativem animam
definit principium generandisimile vivens 2. de An. t. 49.

2. Quod autem non omnia viventia finem hunc assequantur
causa esse potest, non ipsa anima, sed defectus quidam naturalis:
Nam in 2. de An. c. 4. In omni vivente ad generationem apto re-
periuntur 1. ut ad statum perfectum perveniat. 2. ut non sit mu-
tilatum. 3. Nec sine semine generatum. Quibus illud quarto loco
subiungere possumus ut vivens tale sit juxta naturæ ordinem pro-
genitum.

3. Differt hæc animatorum generatio à rerum vitâ carenti-
um generatione in eo potissimum quod haec in alia materia extra se
agendo ex eâq. formam educendo actum duntaxat aliqua vi in il-
lam materiam collata simile quid producant: Illa vero una cum
facultate activa, quæ agens est proximum, aliquid de propria for-
ma, cum portione materia sua alteri largiuntur. Unde Aristote-
les lib. de vit. & mort. c. 14. generationem viventis definit pri-
mam

*Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:hbv:3:1-378112-p0013-8*

man participationem animæ nutritiæ cum calore naturali. Alij ad notandam hanc differentiam eandem dixerunt esse productio-
nem viventis ab interno Fr. Tolet. ad t. 48. c. 4. lib. de An.
Zabarella de facult. An. c. 11. De instrumentis generationis su-
pra diximus. Et hæc de functionibus animæ vegetantis primarijs,
quibus Galenus lib. 3. de symptom. caussis c. 1. Sic ut alij quoq;
Medici alias tanquam secundarias & illis ministrantes adjiciunt,
nempe attractricem, Retracticem, alterationem sive conco-
ctionem & expulsionem: Anima enim hæc istarum
ministerio privata neg. nutrit, neg. auget,
neg. generat.

Tanum de facultate vegetante.

Terre oceano propria domini.



Ad

Ad eruditissimum Dn.
RESPONDENTEM,
Sympatriotam & consanguineum meum medullitū
charum.

Est sapientis opus, studijs exculte Joannes
Dum quæ sint ANIMÆ propria noſſe cupis;
Dum rerum mens est abſtrusa querere causas,
Dum Sophicos hortos mente rigare ſtudes:
Hinc quondam docti te nominis aura beabit
Donat tibi Musæ ſplendidiora ferent;
Hac demum laus eſt, cum non quid rana coaxet
Attendas, verum quid bona ſcripta probent,
Perge velut pergis, SOPHIAE penetrare recessus,
Nec celerem medio tramite ſiſte gradum,
Sic poteris famam tibi conciliare perennem,
Sic fies patrij lumen honorq; , Soli.

MELCHIOR MENCKE
Novof. Sil.

FINIS.

Uk 662

ab prudante Daret mulieris iniquitatem





1017

h

de et alia iudiciorum omni regis de sancte
One versione sicut iudicis et gentibus reperi-
tus de sicut et ego per omnem omnibus placet
hunc quod in uile est si quod multis aut soli
sunt **Cypri** undetinum
¶ istud me oportet sicut et ego ipsi dico
autem res fratres quod per omnia membra eis
est sicut tunc uite precium meum tenet
¶ solo aut res suae quod omnia omni caput ipsi
est caput ut mulierem hoc caput vero ipsi omnia
omnis omnia aut ipsi domine velato caput
aut per caput suum omnis ut mulier omnis a
lymnes non videtur caput. Autem caput suum
omni est enim auctoritatem suam
velut mulier. Et videtur ut iuxta tempore
misi. Unde et cuncti auctoritatem suam
aut uide non sicut velate caput suum sed
principale est etymologia dei. Dulcis est gloria
sua et uide uita eius. Hoc dicit mulier. De
lumen huius et suum omnem regis
trinitatem. Et uide et sicut mulierem regem
sua vero in domo. Tamen sunt multa et

Farbkarte #13



21